

Ciudad  
Oxari y su  
Estado.

t

S. IV leg. 104-1 / 12

Leg. I. N. 6

Provision del R. Consejo  
de Aragon para que el  
Capitan Gñal y Justicia  
de Cerdeña, hiciera liqui-  
dacion de los frutos de la  
Herencia del S. D. Juan  
Cuzara de Lizana

Q

Provision despachada por el Supremo Consejo de Aragon  
en data en Ciudad de T. a Septi. de 1570 a ppetimento de  
D. Fadrique de Portugal, en la qual se hace relacion de el.  
Pleito que en dho Consejo se siguió por D. Juan de Cerdeña  
Viuda de D. Pedro Cuzara por otro nombre llamado D.  
Malthavar Laxon como tutora y Cuzadora de sus hi-  
jos con D. Fadrique de Portugal y Beatriz de Dex sobre  
los bienes y herencia de D. Juan Cuzara de Lizana, y dha  
Provision fue para que la expresada Justicia de Cerdeña,  
hiciera liquidacion de los frutos y rentas de la citada He-  
rencia, de todas las villas y lugares de la Casa de Cuzara



GOBIERNO  
DE ARAGON

en dho Reyno, con Titacion de la D<sup>a</sup> J<sup>a</sup>ca

corca -

*[Faint handwritten text]*

**PHILIPPVS DEI GRATIA REX Castellae, Aragonum, vtriusq; Siciliae Hierusalem, Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Legionis, Navarrae, Granatae, Toleti, Valentiae, Gallitiae, Maioricae, Nispalis, Sardiniae, Cordubae, Corsicae, Murciae, Ciennis, Algarabij, Algebricie Gibraltaris insularum Canariae, insularumq; Indiae, et terrae firmae maris Oceani: Archidux Austriae, dux Burgundiae Brabantiae, et Mediolani, comes Barcinonae Flandriae, et Tyrolis, dominus Viscaiae, et Molinae, dux Athenarum, et Neopatriae, comes Rossilionis, et Caeitaniae, marchio Oristani et Gociani. Spectabili don Joanni Coloma locumtenenti, et Capitaneo gnali nostro in praefato nostro Sardiniae regno, regenti Cancellariam, Gubernatoriis quoq; seu reformatoriis in capitibus Callaris, Gallitiae, et Lugudorij, vicarijs, officialibus, potestatibus, subvicarijs, Alguazilij quoq; virgarijs, et portarijs, ceterisq; vniuersis, et singulis officialibus nostris in dicto regno constitutis, et constituendis, ipsorumq; locumtenentibus pntibus, et futuris ad quem seu quas pntes perueniunt, seu fuerint praesentate salutem, et dilectionem. NOUORITIS quod per nos nobis don Federici de Portugal fuerit <sup>et presentate in hoc rebo. v. d. x. jones nos residentis</sup> consilio quaedam littere requisitoriae emanatae a Regia nra audia regni Valentiae, et in debita forma Cant. expedite, quarum tenor sequitur sub his verbis. Philippus Dei gratia Rex Castellae, Aragonum, Legionis vtriusq; Siciliae, Hierusalem, Navarrae, Granatae, Toleti, Valentiae, et. Et pro sua Maestade: Antonius Alfonso Pimentel de Herrera, comes de Benauente locumtenens et capitaneus gnalis, in pnti Valentiae regno. Illudtu, egregio, mag. et dilecto regis proregi, seu locumtenenti gnali praefatae regiae Maestatis in insula, et regno Sardiniae Rf. regiam Cancellariam, ac doctoribus regij consilij in eodem regno, et insula Sardiniae salutem, et dilectionem. In causa qua coram nobis, et in hac regia audia ducta fuit, et adhuc ventilatur inter dominum Federicum de Portugal, et Beatricem de Yes, ex vna, et domnam Franciscam de Mendoca, et de Maca viduam relictam don Petri Maca olim vocati don Balchazaris Ladero nomine tutorio, et curatorio personaru, et bonru don Petri Maca filij primogeniti don Raymundi Maca, ac don Ludouici Maca ipsius, et dicti g. viri sui filioz parte ex altera fuerunt, et sunt late, et promulgatae sententiae, et prouisiones regiae in fauorem dictorum don Federici de Portugal, et Beatricis de Yes eisdem ad iudicanda mediocriam honorum, iurum, et emolumentorum status, et domus de Maca vnicum fructibus, prout in eis latius continetur. Pro quarum debita executione, ac pro euitandis sumptibus, et expensis, fuit nobis per Joannem Viues notarium dictorum don Federici, et Beatricis procuratorem cum supplicatione per ipsum die primo Martij anni millesimi, quingentesimi sexagesimi noni oblata supplicatum, q. fieret diuisio, et partitio bonorum praememoratoru, nec non liquidatio tam fructuum dictis cum sententijs praetactis don Federici, et Beatricis adiudicatorum, quam melioramentorum, et pecuniae quantitatum diuersarum, quae, et quas eadem domna Francisca fecisse praecendit, et exsoluisse diuersis personis praetextu, et occasione diuersorum consualium, et aliorum onerum, quos, et quae dicta domus, et status de Maca (vta ait) facit et respondet, facereq; et respondere tenetur. Super quibus hinc inde praetensis, auditis partibus antedictis, fuit tandem super praemissis per nos facta prouisio die vigesimo quarto mensis Maij proxime effluxi, in, et cum qua prouisum extitit et declaratum dictam diuisionem, et partitionem dictorum bonorum per praefatum Joannem Viues notarium praecius nomine supplicatam pro nunc locum non habere, sed vobis scribendum fore modo infrascripto, et litteras oportunas iuxta huius regiae audientiae stilum expediendas esse. Ea propter praetactis Joanne Viues notario antedicto nomine nobis humiliter sugg. tenore praesentium expresse, deq; nostra certa scientia, deliberata, et consulto, Regiae auctoritate qua fungimur, Vos et vestrum quemlibet in iuris, et iustitiae subsidium ex parte praefatae regiae M. requirimus, et hortamur, ex parte vero nostra deprecamur quatenus conuocatis partibus praenominatis, seu legitimis pntibus earundem quarum inuoluitur, et fieri faciatis liquidationem dictorum fructuum, melioramentorum, et creditorum omnium, et quorumcumq; oppidorum villarum, et Locorum dictae domus, et status de Maca in isto regno, et insula Sardiniae sitorum, et sitarum quae per eandem domnam Franciscam de Mendoca, et de Maca praecius nomine fuisse facta, et exoluta, praecenditur. Qua quidem liquidatione (vt praehabetur) facta ad nos, et hanc regiam audientiam rescibere dignemini, v. de praedictis habita debita relatione successiue per nos super y. praedicti valeat quod iuris pntis, et vniuersis offerentes nos pro vobis similia, maiora uia (cum casus delecto) iustitia mediante facturos Dat. Valentiae die nono mensis Augusti, anno a natiuitate domini millesimo quingentesimo septuagesimo. Pall. Rf. V. Arrufat. V. Rocca. V. Frigola. In Diuersorum decimo quarto f. x. lxv. Et nobis supplicari fecit, vt praesentis litteras praesentis iuxta earum seriem, et tenorem debite executioni deduci mandarem. Nos vero attendentes sic expedire recte administrationi iustitiae praesentes fieri iussimus, quarum serie de nostra certa scientia, et regia auctoritate vobis dicimus, et iubemus quod quotiescumq; pro parte dicti don Federici de Portugal fueritis instati, et requisiti cum pntibus praesentis litteras, et omnia, et singula in eis contenta tenetis firmiter, et obseruatis, exequamini et completis, tenoreq; et inuolubiler obseruari exequi, et compleri per quos deceat faciatis operis per effectum iuxta illarum seriem mentem, et tenorem pleniter, et a contrariis diligenter caute, si gratia nostra vobis chara est, et praeter irae, et indignationis nra incursum poenam florum aurei Aragonum quingentesu nostris regis applicandorum et rarij cupitis euitare. Dat. Madriti die xxij mensis Sep. Anno a nat. dni millesimo, quingentesimo, septuagesimo. Don Bn. Vici**

V. Loris &

In Sardinia Nono  
ff xl

Liters obseruatorie quarundam literarum hic insertarum que emanata sunt a Regia Audientia Regni  
Valentie in fauorem don federici de Portugal.

Ano 1570.

Comissario de loy dandole fincidly deaty sardnye

88.

nos

Oram nro

Handwritten signature and notes, including "Nro 514" and "27 de febrero de 1570."

Letras franquiasa expromissione facta  
per di... in Reg. in visa per loz  
Regem cancellariam.



Handwritten notes and signatures on the right side of the document.